

## DE CALCVLIS

nouos timet ardores, donec tandem  
interimant quod sæpe ex animo o-  
ptat & expetit.

*Sic igitur habes, omnium dilectissime  
Gesnere, duodena genera calculorum mihi  
quidem cognitorum, qui intra hominum vi-  
scera, & in extremis corporis membris repe-  
riuntur. Etsi verò, quæ tua est excellens eru-  
ditio, harum rerum longè peritior es, quàm  
meæ descriptiones consequi possunt, tamen  
vehementer oro, eo animo accipere hasce pa-  
rum quidem eruditæ, sed bono studio colle-  
ctas observationes velis, quo ego eas ad te mit-  
to, indeq; propensam meam erga te voluntatem  
expositumque animum animaduvertere.  
Aeternus Deus pater Domini nostri Iesu  
Christi, cui te committo, superstitem in mul-  
ta prouehat secula propter filium mediato-  
rem, & Spiritu sancto suo vegetet & cor-  
roboret: faciatque vt labores tui acres &  
indefessi, vt hætenus extiterunt, deinceps  
quoque vtilis & salutare sint Ecclesiæ, Re-  
bus*